Barlaeus ad me. Misit archetypum ad dom. Molinum Cortgenas. d. Mylius. 27

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Respondit Aoniis Batavici [illegible], illam potissimi Italicorum ad Thermastiga Crisin sibi probari; et addit cum aulicis studiis, rara societate in illo maritatis literarum, antiquorum omnium egregiam cognitionem. Hypocriticum autem qui agnit audeat, qui sui sibi [illegible] conscius ad dictatorias illas voces [illegible] qui fulmine icti sunt, ad omne ὑπέρογκον pavent. Etiam (mutabo personam) me, Hugeni doctissime, ad [illegible] tituli ambitionem [illegible] et [illegible] oppositione. Amavi antiquae vocabulum subrogantis, quod humilitati sapit et submissione [illegible]. Quid fit mihi, si Hypocriticus audiam? Relinquamus inferiora haec nomina [illegible] literariis duumviris, Erasmo et Scaligero: quorum ille Hyperaspisten, hic Criticum et Hypocriticum, subtilia addidit et subtilissime conscripsit. Ad. si [illegible] allegandi sunt, [illegible] cum consulari potestate [illegible] autor Aristarchi sacri, aliisque quibus in intima literarum penetrare datum. In satyrarum lectione, loquor ex animo, multo me [illegible], quod ex illa tua accuratissima crisi facile colligo. Magis me amoenior poetarum lectio afficit, et studia florida, et nativus color [illegible] dictio. Eos qui saxa et lapides spuunt, et [illegible] salebrosa ac [illegible] incedunt amant, suspicio magis quam laudo. Propter Persium nullum poetarum magis odi. Non puto a Romanis intellectus. Et quid hoc est, ita scribere, ut non nisi adhibito multo commentariorum intelligi possit. Placent Martialis et Fabii ad palatum [illegible] non est. Amamus prolem faciliori partu editam, quam diu intra matrem et obstetricem haesit, nec nisi uncis et specilis, ut vocant, adhibitis, in lucem protrahitur, horribilis exit, modo obtorto capite, modo pede, modo clunibus. Thermastiga illam ob eruditionem autoris summam, et rarum hoc seculo ita scribendi genus, suspicio et veneror. Sed, dicam quod res est, multo mihi viatico opus fuit, in eius lectione. Cur? quia [illegible] morabatur paginas. quod de [illegible] dixit Persius. Sed desinam, dum [illegible] declino, [illegible], ne forte mihi suppetit ambas iratus in [illegible], aut tibi [illegible] ab ira. Criticum vero Hypocriticum ad Thermastiga si legere tibi otium est et animus, Epistolam lege Sigismundi Boldoni, quam mitto, addidi epistolae [illegible] Bonifacij, quorum ubi [illegible] satias, fac ad nobil. Mylium redeant.

Hic tamen videar tibi non obsecutus, aliquid negabo. Cur illud filius aut Coeli displiceat, non video. Si terrae filium dicimus [illegible], terra genitum, aut obscuro loco, cur non et coeli filium vocabimus caelo aut illustri loco natum?

Ego in margine adscripseram. A. [illegible] locutione [illegible] opinione, [illegible] et [illegible]. Omnes Satyrae [illegible] [illegible] intelligere facile [illegible] etiam [illegible].

Misit Persium [illegible] huius. Athletam [illegible] [illegible] Sat. 2. [illegible] sacro.

B. [illegible] quibus [illegible], athletam fabula, [illegible] dictio, [illegible].

Conjunctio, et, in versu, Religio et quicquid, [illegible]. [illegible] Galtonius [illegible] primonia Coeli, et quod religio [illegible]. Sed displicet tibi, [illegible], quod posterius [illegible] copulativum nihil aliud dicat, sed priori [illegible]. Sed talia plura apud Poetas.

[illegible]

Hug. 37.

D. Vix arridet tibi illa dolentis exclamatio Impius heu! At magis emphaticum respicias apud Pers. Sat. 5. Heu, baro regustatum digito terebrare salinum

D. Heins. Barlie, ad [illegible] nunc nos aspiciebant? is [illegible] apud [illegible] [illegible], Stultus vide. Ad indignantis, vel irridentis potius tamen? quod Satyrae quis non tribuat? Ego illum animi affectum, quo simul dolemus, aut indignamur, arceo ab huiusmodi scriptis; [illegible] inquis. Ego deliberavi.

In reliquis tibi assentior. Vale aulicorum omnium humanissime et doctissime. Lugd. Bat. ipsis Nonis Decemb. CIƆIƆCXXVIII.

Tuae Amplitudinis
Addictissimus
C. Barlaeus.

De Poemati Urbani Pontificis.

~~[illegible]~~
Scribere Pontificem credas, Barlaee, quid est?
Non malles versum scribere Pontificem?

Constanter.
Hagae 10. decemb. 28.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 27
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/415

Barlaeus ad me.

7. 10b. 28.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 27
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/415